

- καὶ ἐκθεσθε, αὐτοὶ δὲ ἀμελήσουσιν, ἀζήμιοι κτλ.
- c. λζ' (= 35). φορτία καὶ τὸ σωθῆν πλοῖον.
- c. λζ' (= 36). πλοίου ἐτέρου — — — — — καὶ τοὺς πλέοντας, ἀλλὰ καὶ τὸ φορτίον — — — — — πῦρ ἀπτέσθω· εἰ δὲ οὐκ ἔχει πῦρ, κραυγὰς ποιεῖτω· εἰ δὲ ἀμελήσας οὐ ποιήσει, ἑαυτὸν ὤλεσεν, εἰ τ. οὐτ. μαρτυρηθῶσιν. εἰ δὲ κ. ὁ. ἀ. ἀμελήσει, ἀποκοι[μη]θῆ δὲ καὶ ὁ βιγλοφόρος εἰς βράχος κρούσας ἀπώλετο ὁ. ἀ. καὶ ὄν κρούσει κτλ.
- c. 37 om.
- c. λη' (= 38). πεφ. σῖτον ἐν γάζῃ — — διφθ. καλὰς παρ. — — ἀντλείωσαν. εἰ δὲ ἀμελήσουσι — — — — — ἐπιγ[νωσ]κέτωσαν — — — — — καὶ ναῦται καὶ ὁ ἔμπορος, τὰς ἐ[κατ]ὰς — — — — — ἅμα τοῖς ναύταις καὶ τῷ πλοίῳ. ἀπ. δὲ εἰς θάλα. — — — — — καὶ οὕτως οἱ ναῦται. μετὰ — — — — — εἰ δὲ φανῆ, διπλᾶ διδότω καὶ τοῦ ἴσως κέρδους κτλ.
- c. 39. ἐλέου — — εἰσέλθῃ ἐν ἀκτῇ — — — — — ὅτι ἐν τῷ τόπῳ τ. χ. ε. τοῦ τ. μ. ε. ἐν τοῖς συμφώνοις — — τοῦ μὲν (?) πλοίου, τ. δ. φ. σωθῆ, ἀ. ὁ ν. σώων ἀ. τ. ε. εἰ δ. β. τ. ἀμφ. τοῦτο γένηται κτλ.
- c. 40. καὶ τοῦ πλοίου — — — χρυσίον μεθ' ἑαυτῶν — — ὀλοσίρικα ἢ μαργ., τὸ μὲν χρυσίον τὸ σωζόμενον — — — — — ὅμοια τῷ χρυσίῳ ὄντα — — — — — τὴν ἀποτριβὴν καὶ οὕτως· ε. σ. ε. Cetera om.
- c. [μ]α' (= 41). ἀπόλυται τὸ πλ., σωθῆ δὲ τῶν ἐπ., συγγνωσκέτωσαν οἱ ἐπ. — — — — — δύο ἢ τρεῖς — — — κατὰ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἀπώλειαν — —
- c. μβ' (= 42). ἐξαιρεθῆ καὶ μετακομίσῃ αὐτὰ ὁ ναύκληρος εἰς ἕτερον πλοῖον, αὐτὸς διδότω τὸ ναῦλον, οἱ δὲ τῶν φορτίων δεσπόται —
- c. 43. καταρτίου — — — καὶ τοῖς σωζομένοις φορτίοις.
- c. μδ' (= 44). ζάλη τῆς ἀταρτίας (sic) ἢ τῶν κεράτων γένηται κλάσις ἢ τῶν ἀνχένων ἢ ἀπώλειά τινος τῶν ἐφορκίων, εἰ μὲν — — — ἀνάγκη πάντα — — — οὐκ ἐκ τῆς ζάλης — — — ναύκληρος. τὰ δὲ εἶδη — — — — — καθὼς παρ. —
- c. 45. στραφῆ — — — ἐξ αὐτοῦ λαμβ. ἀ. μ., τὸ πέμπτον μέρος.
- c. μς' (= 46). παρεχέτω ὁ ναύκληρος — — — τοῖς αὐτῶν κληρονόμοις — — — — — εὐρίσκει, πάντα ἀποδώσει λ. ὁ ἀποσώσας μέρος. Cetera om.
- c. 47. ἀργύριον ἐκ βυθοῦ ἐπ. ἀπὸ μὲν οὐργυῶν ἢ — — — — — οὐργυῶν δ. π., τὸ ἥμ. διὰ τὸν κ. τ. β. τῶν δὲ ἐκρ. ἐπὶ πῆχυν ἕνα, (λαμβάνέτω ὁ ταῦτα ἀποσώζων δέκατον μέρος. Cetera om.
- Capita 49. 50. 51 (= Pardessus, Heimbach) adsunt et in cod. M, 68 sup.¹

¹ ad c. 50 τὸ ὀτιοῦν . . . το τετραπλοῦν. Iungitur c. 51 ὁ δὲ βαρυτέρα . . . καὶ τι ἀπὸ ν. . . ἐξορίζεται . . . ἐμβά[λλονται]. hic des. folium valde pessumdatum.

BASILICORUM LIBER I^{US}

a C. E. ZACHARIAE A LINGENTHAL restitutus.

Rursus cum notis edidit E. C. FERRINI.

- Περὶ τῆς ἀνωτάτω τριάδος καὶ πίστεως καθολικῆς καὶ περὶ τοῦ μηδένα τομῶν περὶ αὐτῆς δημοσίως ἀμφισβητεῖν.*
- De Summa Trinitate et fide catholica et ut nemo de ea publice contendere audeat.*
- α. Χριστιανός ἐστιν ὁ πιστεύων μίαν εἶναι θεότητα ἐν ἴσῃ ἐξουσίᾳ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὁ γὰρ παρὰ τὰ εἰρημένα δοξάζων αἰρετικός ἐστιν.¹*
- Christianus est qui credit unam esse Deitatem in pari maiestate Patris et Filii et Spiritus Sancti. Nam qui aliter quam dictum est sentit, haereticus est. (Thalelaei index Cod. I, 1, 1.)*
- β. Μηδεὶς τοῖς αἰρετικοῖς τῶν μυστηρίων τόπος ἀνεφίχθω· ἀλλὰ κἄν τι ἀντίγραφον πορίσωνται, ἀνίσχυρον ἔστω· κωλύεσθωσαν καὶ τῶν αἰρετικῶν αἱ συνελύσεις· κρατεῖται δὲ ἡ ἐν νικαία πίστις ἢ εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον ὁμολογία. οὐ γὰρ ἐντὸς τῶν τειχῶν αἰρετικῶν εἶναι βουλόμεθα, ἀλλὰ τοῖς ὀρθοδόξοις πάσας τὰς τοῦ κόσμου ἐκκλησίας ἀποδίδομεν.²*
- Nullus haereticis mysteriorum locus aperiatur. Sed et si quod rescriptum impetraverint, irritum esto. Inhibeantur etiam haereticorum conventicula. Obtineat fides Nicaena, quae Patrem, Filium et Spiritum sanctum profitetur. Neque enim intra muros haereticum esse volumus, sed orthodoxis omnes mundi ecclesias reddimus. (Thal. index Cod. I, 1, 2.)*
- γ. Δεῖ τὰ πορφυρίου καὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῦ συγγράμματα πυρὶ καίεσθαι, τοὺς δὲ ἀκολουθοῦντας τῇ νεστορίου διδασκαλίᾳ, εἰ μὲν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοί εἴεν, τῶν ἐκκλησιῶν ἐκβάλλεσθαι, εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀναθεματίζεσθαι αὐτοὺς, πάσης ἐξουσίας οὐσης κατηγορεῖν αὐτῶν· εἴ τινα δὲ βιβλία συνέγραψάν τινες οὐχ ἐπόμενοι ταῖς ἐν νικαία καὶ ἐφέσω συνόδοις οὐδὲ κυρίλλῳ τῷ ἁλεξανδρείας ἐπισκόπῳ, καίεσθαι ταῦτα κελεύομεν, ἐξαιρέτως τὰ νεστορίου, τὴν ἐσχάτην τιμωρίαν ὑφορωμένους.³*
- Porphyrii et similium libros igne comburi oportet, eos autem, qui Nestorii doctrinam sequuntur, si episcopi vel clerici sint, ecclesiis eici, sin laici, anathemati subici, omni licentia accusandi eos concessa. Si quos autem libros nonnulli conscripserunt non secuti Nicaenam et Ephesinam synodum nec Cyrillum Alexandriae episcopum, hos libros comburi iubemus, imprimis a Nestorio conscriptos, illis summum supplicium expectaturis. (Thal. index Cod. I, 1, 3.)*
- δ. Μηδεὶς κληρικός ἢ μοναχὸς ἢ στρατευόμενος ἢ ἄλλος οἰοσδήποτε πληθὺν συνάγων δημοσίᾳ περὶ τῆς πίστεως διαλεγέτω· ὑβρίζει γὰρ δοκεῖ τὴν ἐν χαλκηδόνι σύνοδον τὴν δεόντως πάντα διατυπώσασαν, ἣτις καὶ τοῖς αἰρετικοῖς πᾶσι δίδωσι γνώσκειν τὰ ἡμέτερα· ὥστε οὖν εἰ μὲν κληρικός εἴῃ ὁ ταῦτα ποιῶν, τοῦ συλλόγου τῶν κληρικῶν ἐκπεσεῖται· εἰ δὲ στρατευόμενος, τῆς στρατείας· οἱ δὲ λοιποὶ κατὰ τὴν οἰκίαν τύχην τιμωρεῖσθωσαν.⁴*
- Nullus clericus sive monachus sive militans sive alius quispiam turba coacta publice de fide disserat: iniuriosus enim esse videtur in Chalcedonensem synodum, quae cuncta rite constituit, atque etiam haereticis omnibus nostra cognoscere permittit. Proinde si clericus sit, qui hoc faciat, e consortio clericorum excidet: sin militans, militia: reliqui pro sua condicione puniantur. (Thal. index Cod. I, 1, 4.)*

¹ *Syn. in pr. Attal. 3, 1. Pitra Ius eccl. gr. II, p. 458. 600. 637.* ² *Attal. 3, 2. Pitra p. 637.*

³ *Pitra p. 502. 605. 638. Bals. ad Nom. XII, 3.* ⁴ *Syn. in pr. Pitra p. 638. Blastares Syntagma A, 5.*

- ε'. Μήτε μοναχὸς μήτε ἕτερός τις ἐν δημοσίῳ τόπῳ ἢ ἐν ᾧ θεὰ ἐπιτελεῖται σταυρὸν ἐπιβαλλέτω ἢ λείψανον ἀγίου.¹
- ς'. Μηδεὶς ἐν ἐδάφει ἢ μολίτῃ λίθῳ ἢ ἐν μαρμάρῳ ἐδαφικῶ ἔγγλυφείτω ἢ γραφείτω σταυρὸν, ἀλλὰ περαιορσίθῳ, τὴν βαρυτάτην τοῦ παραβαίνοντος ὑφισταμένου ποινήν.²
- ζ'. Μηδεὶς ἦπαρ καὶ ἔγκατα καθορῶν ζητείτω τὰ μέλλοντα τὴν ἐκ τῆς σταυρώσεως τιμωρίαν ἀγωνιῶν.³
- η'. -----⁴
- θ'. -----⁵
- ι'. Τὰ ἱερὰ πάντα τῷ δημοσίῳ ἢ τῷ βασιλικῆν ἐπ' αὐτοῖς εὐληφοῦσι δωρεὰν διαφερέτω, τῆς ἐκκλησίας τὰ ἐπιτετραμμένα διεκδικούσης.⁶
- ια'. Ἐσυχάζοντας τοὺς ἰουδαίους ἐὰν οἱ χριστιανοὶ θορυβήσωσι καὶ διαρπάσωσιν, εἰς τὸ διπλάσιον καταδικάζεσθωσαν· παραπλησίως τῶν ἀρχόντων καὶ τάξεων καὶ πρωτεύοντων μὴ ἐκδικούντων ἢ ἐπιτροπόντων τιμωρουμένων.⁷
- ιβ'. Ὁ παρὰ τὰ διωρισμένα θύσας ἅμα τοῖς κοινωνήσασιν ἢ ὑπηρετησαμένοις δήμευθεὶς τὴν ἐσχάτην ὑπομένει ποινήν· τοῦ ἄρχοντος μετὰ ἀπόδειξιν ῥαθυμοῦντος καὶ τῆς τάξεως ἀνὰ τὴν καταβαλλόντων λίτρας.⁸
- ιγ'. -----⁹
- ιδ'. Ζητούντες καθ' ἑαυτοὺς ἢ παρὰ τῶν ἐπισκόπων μανθάνοντες κολυέτωσαν οἱ ἄρχοντες τὰ παρὰ τῶν ἐλλήνων, καὶ γενόμενα δὲ τιμωρέτωσαν ἢ μὴ δυνάμενοι μηνύετωσαν, καὶ προσκυρούτωσαν ὅσα προσώποις ἑλληνικοῖς δεδώρηται ἢ καταλέλειπται τοῖς πολιτικοῖς δικαίως· πάντων ὅσα κατ' αὐτῶν ἢ ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν προεισηγήκεται κυρίων ὄντων καὶ ἐντεῦθεν βεβαιουμένων.¹⁰
- ιε'. Ὅσοι μετὰ τὸ ἅγιον βάπτισμα ἠλλήνισαν, τὴν ἐσχάτην τιμωρεῖσθωσαν· ὅσοι δὲ μήπω ἠξίωσιν, προσιέτωσαν ἅμα γαμεταῖς καὶ παισὶ καὶ παντὶ τῷ οἴκῳ, καὶ διδαχθέντες ἰκανῶς φωτιζέσθωσαν, ἢ μηδενὸς τῶν ἐν πολιτείᾳ ἢ περιουσίᾳ μετεχέτωσαν.¹¹

Neque monachus neque alius quis in loco publico vel in quo spectaculum celebratur crucem inferat vel reliquias sancti cuiusquam. (Thal. index Cod. I, 3, 26.)

Nemo in solo vel in lapide molari vel in marmoreo solo sculpat vel pingat crucem, sed hoc tollatur, gravissima ei, qui haec transgressus fuerit, imminente poena. (Thal. index Cod. I, 8, 1.)

Nemo iecur et exta spectando de futuris quaeerat, poenam cruciatus suspiciens. (Thal. index Cod. I, 11, 2.)

(Thal. index Cod. I, 11, 3.)

(Thal. index Cod. I, 11, 4.)

Delubra cuncta ad fiscum vel ad eum, qui eiusmodi donationem a principe meruit, pertinent, ecclesia vindicante ea quae ei demandata sunt. (Thal. index Cod. I, 11, 5.)

Iudaeos quiete degentes si Christiani turbaverint eorumque bona diriperint, in duplum condemnentur, praesidibus et officialibus et principalibus, si talia non vindicaverint vel permiserint, similiter puniendis. (Thal. index Cod. I, 11, 6.)

Qui contra statuta sacrificia exercuit, una cum consociis et ministris bonis confiscatis ultimum supplicium subeat, praeside post convictionem non vindicante et officio L libras illaturis. (Thal. index Cod. I, 11, 8.)

(Thal. index Cod. I, 11, 8.)

Praesides per semet ipsos perquirant vel ab episcopis certiores facti prohibeant paganorum impietates, et commissas puniant, vel, si nequeant, ad principem referant, et quaecumque paganis personis donata vel relicta sunt civitatum iuri adiudicent, cunctis quae praeterea in eos vel pro ecclesiis introducta sunt valituris et exinde confirmatis. (Thal. index Cod. I, 11, 9.)

Qui post sanctum baptismum paganae superstitioni inhaerent, ultimo supplicio afficiantur. Qui vero nondum baptizati sunt, adeant cum uxoribus et liberis et tota familia, et rite edocti baptizentur: alioquin nec civitatis nec bonorum participes erunt. (Thal. index Cod. I, 11, 10.)

¹ Syn. A, 3, 1. Σ, 1, 1 (ubi male κερ. ε').

² Syn. Σ, 1, 2 (ubi male κερ. ιζ'). Blastares Σ, 3.

³ Bals. ad Nom. IX, 25.

⁴ Syn. Θ, 3, 1.

⁵ Syn. I, 1.

⁶ Syn. I, 1, 1 (ubi male κερ. β'). Pitra

p. 630 (ubi male κερ. ε').

⁷ Syn. I, 4, 1. schol. 14 ad Bas. LX, 17 c. 2 (ubi male κερ. θ').

⁸ Syn. Θ, 3, 1.

⁹ Syn. E, 19, 1.

¹⁰ Syn. E, 19, 1. Pitra p. 517. 607. schol. ad Bas. LX, 54 c. 23. Bals. ad Nom.

VI, 3. XII, 9.

¹¹ Syn. E, 19, 1. schol. ad Bas. LX, 54 c. 24. Bals. ad Nom. I, 10. IV, 7 ait „ἢ τῷ ᾠ.

ι. τοῦ ᾠ β. τοῦ κῶδ. οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ βασιλικά.“ Quod de ea parte constitutionis intellegendum esse, ad quam locus Bals. spectat, Zach. monuit.

¹² Ex capitulorum numeratione conici potest hoc loco caput extitisse, quod excidit, ita ut neque argui possit ad quam Codicis constitutionem spectaret.

- ιζ'. Οἱ μαθηματικοὶ τὰ οικείας βίβλους ἐπ' ὄψεσι τῶν ἐπισκόπων καιέτωσαν, οὕτω τε τῇ ὀρθοδόξῳ θρησκείᾳ παραδιδόσθωσαν, μηδεμίαν ἐπανόδου πρὸς τὴν οικείαν πλάνην ἐλπίδα φυλάττοντες· μὴ ἀνεχόμενοι δὲ καὶ τῆς ῥώμης αὐτῆς καὶ τῆς ἐν ἐκάστη πόλει διαγωγῆς ἐκβληθήσονται· εἰ γὰρ μετὰ ταῦτα ἢ ἐν πόλει φανῶσιν ἢ ταῖς αὐτῶν χρώμενοι διδασκαλίαις, ἐξοριζέσθωσαν.¹
- ιθ'. Πᾶσαι αἱ ἀπηγορευμένα τοῖς νόμοις καὶ ταῖς διατάξεσιν αἰρέσεις διηνεκῶς ἠρεμείωσαν, καὶ μηδεὶς τὰ βέβηλα διδασκέτω ἢ μανθανέτω, μηδὲ ἐπίσκοπος αἰρετικῶν· ἀλλὰ μηδὲ ὑπηρέτας χειροτονεῖτω χειροτονίαν οὐκ ἔχων, μηδὲ κατὰ ἀρχόντων γνώμην· αἰρετικὸς δὲ πᾶς ὅς καὶ μικρῷ ὑποδείγματι παρὰ τὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας δόγμα ἢ τῆς εὐθείας ἐφάνη τραπεῖς.²
- ια'. Παντὸς ἐκπιπέτωσαν οἱ αἰρετικοὶ τόπου, εἴτε ἐκκλησίαν αὐτὸν καλοῦσιν εἴτε ἕτερόν τι εἴτε ἰδιωτικὸς ἐστι, καὶ ἐκδικεῖτω τοῦτον ἢ ἐκκλησία· ἀλλὰ μηδὲ λιτὰς ἐν νυκτὶ ἢ ἐν ἡμέρᾳ ἢ ἑτέρας ἐπιτελείτωσαν συνόδους· τῆς μὲν τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως τάξεως ρ' χρυσίου λίτρας, τῆς δὲ τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἀρχόντων ν' χρυσίου λίτρας καταβαλλούσης, εἰ παρὰ τὰ κελυσθῆντα τι συγχωρήσαιεν.³
- ιβ'. Τοὺς μανιχαίους ἢ δονατιστάς μηδὲν κοινὸν ἀπὸ νόμου ἢ ἔθους τοῖς λοιποῖς ἔχειν ἀνθρώποις ἐπιτρέπομεν, ἀλλὰ καὶ δημοσίῳ κατεχέσθωσαν ἐγκλήματι καὶ δημεύεσθωσαν, καὶ μηδὲν ἀπὸ δωρεᾶς ἢ τελευταίας βουλήσεως ἢ λαμβανέτωσαν ἢ αὐτοὶ διδύτωσαν ἢ ὅλως τι συνάλλαγμα τιθέσθωσαν· ζητεῖσθω δὲ καὶ μετὰ τελευταίῃν τὰ κατ' αὐτῶν· καὶ μηδὲ οἱ παῖδες αὐτοῦς διαδεχέσθωσαν τῆς πατρῴας μὴ ἀφιστάμενοι πλάνης· τῆς αὐτῆς τῷ ὑποδεχομένῳ τούτους τιμωρίας ἐπιχειμένης· ἀνεύθυνοι δὲ οἱ τούτων ἔστωσαν οἰκέται τῇ ὀρθῇ προσδραμόντες θρησκείᾳ.⁴
- ιγ'. Οἱ εἰρημένοι ἐν τῷ ῥητῷ πάντες αἰρετικοὶ μηδένα τόπον εἰς προσευχὴν ἢ εἰς σύνοδον ἐχέτωσαν, τῶν μανιχαίων ἐξαιρέτως καὶ πάσης ἐκβαλλομένων πόλεως· κρατεῖτωσαν δὲ καὶ οἱ διαφθῶρας κατ' αὐτῶν εἰσνεχθέντες νόμοι· καὶ μηδὲν ἐρρώσθω τῶν ἢ δωρουμένων ἢ καταλιμπανομένων τοῖς τόποις, οὓς ἐκκλησίας τολμῶσι καλεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐκδικεῖτω τούτους ἢ ὀρθόδοξος ἐκκλησία, εἰ μὴ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ὁ φροντίζων τοῦ τόπου συνεχώρησε· τότε γὰρ εἰ μὲν εὐγενής ἐστιν

Mathematici libros suos in conspectu episcoporum comburant et sic orthodoxae religioni tradantur nullam spem reditus ad errorem suum reservantes: quod si ad hoc non sint parati, et Roma ipsa et qualibet civitate depellantur. Etenim si postea vel in civitate deprehendantur vel errores suos profiteantur, deportentur.

(Thal. index Cod. I, 4, 10.)

Omnes vetitae legibus et constitutionibus haereses perpetuo quiescant, nec quisquam profana doceat vel discat, ne episcopus quidem haereticorum. Sed nec ministros creet utpote ipse non ordinatus, ne ex voluntate quidem praesidium. Haereticus autem est quilibet qui vel levi argumento a iudicio catholicae ecclesiae vel tramite recto detectus fuerit deviare.

(Thal. index Cod. I, 5, 2.)

Omnia loca haereticis adimantur, sive ecclesiam nuncupent sive alio nomine, sive privatus locus sit, eumque ecclesia vindicet. Sed nec litanias nocte vel die aut alios celebrent conventus: officio praefecti urbi C auri libris, officio autem praesidium provinciae L auri libris multandis, si contra statuta aliquid concesserint.

(Thal. index Cod. I, 5, 3.)

Manichaeis et Donatistis nihil commune ex legibus vel ex moribus cum ceteris hominibus esse iubemus, sed et publico crimini obnoxii sint eorumque bona publicentur, nec quicquam donationis vel ultimae voluntatis titulo sive accipiant sive ipsi conferant vel omnino conventionem ineant. Sed et post mortem de iis quaestio habeatur. Nec liberi iis succedant, nisi a paterno errore discesserint: eadem poena ei imminente qui illos susceperit. Servi autem eorum extra noxam sunt, si ad orthodoxam religionem transierint.

(Thal. index Cod. I, 5, 4.)

Omnes in textu enumerati haeretici nullum locum ad preces vel conventus habeant, Manichaeis praesertim de quacunque civitate pellendis. Valeant leges diversis temporibus adversus eos latae. Nec rata sint, quae donantur vel relinquuntur locis, quae ecclesias vocare audent, sed vindicet haec loca ecclesia orthodoxa, nisi ea invito domino procurator loci concesserit: tunc enim, si procurator ingenuus sit, X auri librorum mulctam et exilium subeat, sin servus, verberetur et in

¹ Syn. M 1, 1. Pitra p. 502. 554. 602. 605. Bals. ad Nom. IX, 25. XII, 3. ad Nom. XII, 2.

³ Pitra p. 602. Bals. ad Nom. XII, 2.

² Pitra p. 600. Bals.

Bals. ad Nom. XII, 2. Blast. A, 2.

⁴ Pitra p. 517. 602. schol. ad Bas. LX, 54 c. 23.

ὁ φροντιστής, ἡ χουσίον λίτρας καταθήσει ἐξοριζόμενος, εἰ δὲ οἰκέτης, μαστίζεται καὶ ἐξορίζεται. πανέσθω δὲ καὶ τοῦ στρατιώτης εἶναι ὁ αἰρετικὸς, μηδεμίαν παρὰ τὰ διηγορευμένα κρατούσης ἀντιγραφῆς.¹

κβ'. Μηδεὶς τοὺς νεστοριανοὺς καλείτω χριστιανούς, ἀλλ' ὡσπερ οἱ ἄρειανοὶ πορφυριανοὶ λέγονται, οὕτω καὶ οὗτοι σιμωνιανοὶ καλείσθωσαν· καὶ μὴ ἐχέτω τις ἢ ἀναγινωσκέτω ἢ μεταγραφέτω τὰ κατὰ τῶν ὁρθῶν δογμάτων αὐτοῦ συγγράμματα, ἀλλ' ἐπιμελῶς ζητήσας καιέτω· φερέσθω δὲ αὐτοῦ μηδὲ ὅλως μνήμη ἐν οἷς περὶ δογμάτων γίνεται λόγος· μηδὲ δεχέσθω τις τοὺς τοιοῦτους ἐν οἰκῇ ποτε τόπῳ φανερώς ἢ λαθραίως, τῶν τὰ εἰρημένα παραβαινόντων δημοσιευομένων.²

κγ'. Οἱ ἀπολλιναριστὰὶ μὴ ταῖς ἀγίαις δ' συνόδοις πειθόμενοι, καὶ ὅσοι κατὰ τῆς ἀγίας ἐν χαλκηδόνι συνόδου ἢ λέγειν τι ἢ διδάσκειν ἢ συγγράμματα κεκτῆσθαι τολμῶσι, ταῖς εἰρημέναις τῇ παρούσῃ διατάξει τιμωραῖαις ὑποβαλλέσθωσαν.³

κδ'. Ταῖς νενομισμέναις αἰρετικοὶ παραδιδόσθωσαν ταφᾶς.⁴

κε'. Ὁ μανιχαῖος ἐν ῥωμαϊκῷ τόπῳ διάγων ὁρθοεὶς ἀποτεμνέσθω.⁵

κς'. Οἱ αἰρετικοὶ μανιχαῖοι μὲν ὄντες ἀποτεμνέσθωσαν ὅλως ἐν τόπῳ φανέντες, οἱ δὲ ἄλλοι ὁποιαδήποτε κρατούμενοι πλάνῃ μὴ στρατευσέσθωσαν ἢ πολιτικῇ ἢ ἐνοπλίῳ στρατείᾳ, ἀλλὰ μηδὲ ἀξιωματικοὶ γινέσθωσαν ἢ ταξεῶται, πλὴν εἰ μὴ εὐτέλεις· τούτῳ γὰρ καὶ ἐξ ἀνάγκης ὑποκείσθωσαν τῷ βάρει γένους ὄντες τοιοῦτου· κωλυέσθωσαν δὲ καὶ τοῦ πατέρες πόλεων ἢ ἐκδικιοὶ γίνεσθαι ἢ τοῖς συνηγόροις συντετάχθαι ἢ ὅλως τι μετέναι πολιτικῶν, εἰδότες ὡς εἴ τινος πειραθῆεν τῶν προαπηγορευμένων τυχεῖν οὔτε κατὰ σκοπὸν πράξουσι καὶ πρόστιμον καταθήσουσι λίτρας κ'. πρὸς τούτοις τῶν ἀπογραφομένων αὐτοὺς ἐν εἰδήσει καταβαλλόντων λίτρας [η'] παντελῶς τῷ κόμισι τῶν πριβάτων. ὑπέξελε τῶν εἰρημένων τοὺς γότιθους. γονέων δὲ διαφόρου πίστεως ὄντων καὶ θρησκείας ἐκείνου ἢ γνώμῃ μᾶλλον κρατεῖτω τοῦ τὴν ὁρθόδοξον ἐπ' αὐτοῖς αἰρουμένου πίστιν, κἄν εἴη πατήρ ὁ ἀντιλέγων· μὴ ἐντεῦθεν δὲ ἀγανακτῶν τῆς ἀναγκαίας αὐτοὺς στερεῖτω τροφῆς ἢ τῶν ἄλλων ἀναγκαίων δαπανημάτων, ἀλλὰ καὶ προῖκα διδοὺς ἢ πρὸ γάμου δωρεὰν ὁρθοδόξοις αὐτοὺς συνοικιζέτω προσώποις, μηδεμίαν ἑτέραν ὁργῆς κατ' αὐτῶν προ-

exsilium mittatur. A militia quoque removeatur haereticus, nullo rescripto adversus dicta valituro. (Thal. index Cod. I, 5, 5.)

Nemo Nestorianos appellet Christianos, sed sicuti Ariani vocantur Porphyriani, ita et hi Simoniani appellantur. Nec quisquam habeat aut legat aut describat libros eius adversus recta dogmata scriptos, sed diligenti studio requirat et comburat. Et plane nulla eius mentio fiat, ubi de dogmatibus sermo fit. Nec quisquam tales homines in qualicumque loco aperte aut clam suscipiat, iis qui haec transgressi sint publicandis.

(Thal. index Cod. I, 5, 6.)

Apollinaristae, qui decreta sanctorum IV synodorum non sequuntur, et qui adversus Chalcedonensem aut dicere aliquid aut docere aut scripta habere audent, poenis hac constitutione statutis obnoxii fiant.

(Thal. index Cod. I, 5, 8.)

Haeretici legitimis sepulcris tradantur.

(Thal. index Cod. I, 5, 9.)

Manichaeus in loco dicionis Romanae deprehensus capite plectatur.

(Thal. index Cod. I, 5, 11.)

Haeretici, si quidem Manichaei sint, ubicunque apparuerint ultimo supplicio afficiantur: reliqui qui qualicumque errore obstructi sunt, neque togatam neque armatam militiam subeant, nec dignitate potiantur nec officiales fiant praeterquam cohortalini: huic enim oneri vel necessario subiaceant, si ex tali genere sint. Prohibeantur etiam patres civitatum vel defensores fieri aut inter advocatos recipi aut omnino suscipere aliquod civile munus, scituri quod si quid eorum quae modo vetita sunt, adipisci fuerint conati, et consilii erunt expertes et XX libris auri mulctabuntur: insuper his, qui scientes descripserint eos, libras VIII comiti rei privatae illaturis. Excipe a dictis Gothos. Si parentes diversae fidei et religionis sint, eius potius voluntas obtineat, qui ex iis orthodoxam fidem praetulerit, licet qui contradicit pater sit. Nec inde hoc aegre ferens eos necessario victu privet aut ceteris necessariis sumptibus, sed et dotem dando vel antenuptialem donationem orthodoxis eos personis copulet, nec aliam irae causam praetextat. Haec autem curae sint magistratibus in urbe et in provinciis, et episcopis ubicunque terrarum, qui de poena ob transgressionem in eos, qui

¹ Pitra p. 502. 517. 602. Bals. ad Nom. XII, 2.

² Pitra p. 502. 602. 605. Bals. ad Nom. XII, 3.

³ Pitra l. l. Bals. l. l. 2. 3. Blast. A, 2.

⁴ Pitra p. 602. schol. ad Bas. LX, 69. Bals. ad Nom. XII, 2.

⁵ Syn. M, 3, 1. Pitra p. 602. Bals. ad Nom. XII, 2, 13. Blast. A, 2.

βαλλόμενος πρόφρασιν· ἔστω δὲ ἐν φροντίδι τὰ εἰρημένα τῶν τε ἐν κωνσταντινουπόλει καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἀρχόντων, (καὶ) τῶν ἀπανταχοῦ γῆς ἐπισκόπων ἀναφορᾷ περὶ τῆς ἐκ παραβάσεως κεχρημένων ποιῆς τῶν ῥαθυμούντων τῶν περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως διορισθέντων.¹

κβ'. Οἱ μανιχαῖοι παῖδας μὲν ἔχοντες ὀρθοδόξους ἐπ' αὐτοὺς καὶ μόνους ἐξ ἀδιαθέτου παραπεμπέτωσαν τὴν οὐσίαν, μηδενὶ δὲ ἑτέρῳ ζῶντες ἢ τελευτῶντες ἐκποιεῖτωσαν παντελῶς, τῆς αὐτῶν οὐσίας εἰς τὸν δημόσιον περιελευσομένης λόγον.²

κγ'. Ὁ τὰ μανιχαίων καταλιπὼν καὶ τῆς εὐσεβοῦς τῶν χριστιανῶν θρησκείας γενόμενος μηκέτι τῆς παλαιᾶς ἀνάσχοιτο πλάνης ἢ ὅλως τὴν τυχοῦσαν πρὸς τὸν οὕτω πλανώμενον ποιεῖτω ὁμίλιαν, ἀλλὰ παραχορῆμα τὸν τοιοῦτον παραδιδότω τοῖς ἄρχουσιν ἢ μηνύτω, τὰς ἐσχάτας ποινὰς ὑφορούμενος, ἅς κακῆνοι ὑφίστανται, εἰ μὴ τοῦτο ποιήσῃ· φροντιζέσθωσαν δὲ οἱ ἐν ἀξίαις ἢ στρατείαις ἢ συστήμασιν ὄντες, ὡς ἐν μηδεὶς ἐν αὐτοῖς λανθάνη τοιοῦτος, ἀλλὰ φανερούσθω παρ' αὐτῶν, τὰς προσηκούσας ἐξ ἀπειθείας ἀναμένοντες ποινὰς· πρὸς τοῦτοις πάντα τὰ μανιχαίων καίεσθωσαν βιβλία καὶ μηδεὶς αὐτὰ τὴν οἰανδήποτε προβολόμενος πρόφρασιν ἐχέτω, ἄρμοδιαν καὶ οὗτος ποιῆν εὐλαβοῦμενος.³

κδ'. Πάντες γενικῶς οἱ αἰρετικοὶ μήτε παρασυνάξεις ἢ παραβαπτίσματα ποιεῖτωσαν, μήτε τῆς προσκυνητῆς ὅλως κοινωνίας τολμάτωσαν ἄπτεσθαι ἢ τοῖς τῶν ὄρων προνομίοις ἐφ' οἷς ἔχουσιν ἐργαστηρίοις κεχρησθῶσαν, τὰς τῶν ἐναντιουμένων τοῖς νόμοις ποινὰς ὑφορούμενοι, τοῦ χορηγοῦντος τὸν οἶκον ταῖς προειρημέναις τιμωρίαις ὑποκειμένου· μοντανισταὶ ἐξαίρετως μηδένα τῶν καλουμένων παρ' αὐτοῖς πατριαρχῶν ἢ κοινωνῶν ἢ ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων ἢ διακόνων ἐντὸς ἐχέτωσαν κωνσταντινουπόλεως· κωλυέσθωσαν δὲ ἐντὸς πραγματεύεσθαι τῶν ὄρων αὐτῆς, καὶ τὰ ἀσελγῆ συσσίτια ἢ τὰ ἀσεβῆ συμπόσια ποιεῖν, ἢ ἀνδράποδα ἐμπορεύεσθαι διὰ τοὺς ὑποκειμένους ἐφ' ἑκάστῳ λογισμοῦ· μὴ λαμβανέτωσαν δὲ προσφάσει τῶν λεγομένων ἀξιωματοκῶν τὰ παρὰ τῶν μεγίστων δικαστηρίων καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξ ἔθους δίδόμενα· εἰ δὲ τις αὐτοῖς ἄλλογον ἀπονέμοι προστασίαν, ε' λίτρας χρυσίου καταβαλλέτω, τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως καὶ τῶν κατ' ἔθνος ἀρχόντων καὶ τῶν πειθόμενων τάξεων τὸ παραπλήσιον πρόστιμον ὑφορούμενων, εἰ τῶν διατεταγμένων ἐν τινι ῥαθυμῆσουσιν.⁴

statuta de orthodoxa fide negligunt, statuenda referant. (Thal. index Cod. I, 5, 12.)

Manichaei, qui liberos orthodoxos habent, in hos solos ab intestato bona sua transmittant, nec alii cuiquam inter vivos vel mortis causa omnino alienent, alioquin haec bona ad fiscum devolventur.

(Thal. index Cod. I, 5, 15.)

Qui Manichaeorum errores relinquit et ad piam Christianorum religionem accedit, non amplius veterem errorem retineat, nec forte cum aliquo ita errante conversetur, sed confestim eum tradat magistratibus aut denuntiet, ultimum metuens supplicium, quod et illis imminet, nisi hoc fecerit. Provideant autem, qui in dignitatibus vel militiis vel corporibus sunt, ne quis eiusmodi clam inter eos sit, sed faciant manifestos, poenam ex negligentia competentem exspectaturi. Insuper omnes Manichaeorum libri comburantur nec quisquam eos sub quocumque praetextu possideat, competentem et hic poenam metuens. (Thal. index Cod. I, 5, 16.)

Omnes generaliter haeretici nec conventicula nec parabaptismata celebrent, nec venerandam omnino communionem audeant attingere, vel septorum privilegiis in ergasteriis quae ibi habent utantur, poenas suspicientes quae legum violatoribus imminet. Montanistae praesertim nullos sic dictos patriarchas vel socios vel episcopos vel presbyteros vel diaconos intra Constantinopolin habeant: et prohibeantur intra septa eius negotiari, et improbas commessiones impiave convivia facere, vel mancipia mercari, propter rationes his statutis subiectas. Neque vero sub praetextu ἀξιωματοκῶν quae vocantur ea quae a summis iudiciis et ab ecclesia ex consuetudine dantur accipiant. Si quis autem iis nefandum praestiterit suffragium, X librarum auri mulctam inferat, praefecto urbi et rectoribus populorum et officiis eorum similem mulctam exspectaturis, si statuta aliquatenus neglexerint. (Thal. index Cod. I, 5, 20.)

¹ Pitra p. 602. Bals. ad Nom. XII, 2.

² Pitra I. 1. Syn. M, 3, 2. schol. ad Bas. XI, 54, 23.

³ Pitra p. 502. 602. Bals. ad Nom. XII, 2.

⁴ Pitra p. 602. Bals. ad Nom. VIII. 7. XII, 2. Blast. A, 2.

- κ. Τῶν αἵρετικῶν οἱ μὲν μανιχαῖοι ἢ βορβορι-
ται ἢ Ἕλληνες ἢ σαμαριῆται ἢ μοντανισταὶ ἢ
τασκοδρουγῖται ἢ ὄφῖται καὶ οἱ τὴν ἰουδαϊκὴν
θρησκείαν σέβοντες ἐν μηδενὶ μαρτυρεῖωσαν·
οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐν δικαστηρίῳ μὲν ὀρθό-
δοξον ἔχοντι ἀντιδικὸν μὴ δεχέσθωσαν, ἐν δὲ
τοῖς λοιποῖς πᾶσι συναλλάγμασιν ἢ διαθήκαις
ἢ δικαστηρίοις αἵρετικοὺς ἔχουσιν ἀντιδικούς
ἀδιαστίκτως μαρτυρεῖωσαν τοῦ πλάτους χάριν
τῶν ἀποδείξεων.¹
- λα'. Ἡ κολύουσα διάταξις τοὺς αἵρετικούς ἀπὸ
τελευταίας τι λαμβάνειν βουλήσεως χάραν ἔχεται
καὶ ἐπὶ στρατιώτου καταλιμπάνοντος κἄν ὡς ὁ
κοινὸς ἀπαιτεῖ νόμος διέθετο.²
- λβ'. Δεσπότης αἵρετικὸν δοῦλον μὴ κωλύτω τῇ
καθολικῇ προσίεναι πίστει, μηδὲ ἀναβαπτίζετω
τις κατὰ τὸ οἰκεῖον δόγμα μῆτε δοῦλον μῆτε
ἐλεύθερον.³
- λγ'. Μηδεὶς τὰς τῶν ἰουδαίων μητατενέτω συνα-
γωγὰς.⁴
- λδ'. [Ἰουδαίους] χριστιανοὶ πρὸς γάμον μὴ συνερ-
χέσθωσαν, τὸ περὶ μοιχείας ἐντεῦθεν ὑφορώμενοι
δημόσιον ἔγκλημα.⁵
- λε'. Κατὰ τοὺς κοινὸς ἰουδαῖοι γαμείτωσαν νό-
μους.⁶
- λς'. Κατὰ τοὺς κοινὸς νόμους ἰουδαῖοι πολι-
τενέσθωσαν καὶ κινεῖωσαν ἢ ἐναγέσθωσαν· εἰ
δὲ κατὰ συναίνεσιν περὶ χρημάτων αἰτίας παρὰ
ἰουδαίους δικάσσονται, ἐρρώσθω ὡς ἡ τοῦ νομίμου
δικαστοῦ ψῆφος καὶ παρὰ τῶν ἀρχόντων ἐκπι-
βαζέσθω.⁷
- λζ'. Ἰουδαῖοι καὶ οἱ τούτων ἑξαρχοὶ τὰς τιμὰς
ἑαυτοῖς τῶν ὀνίων ὀριζέτωσαν· κἄν τις ἕτερος
ἐπιχειρήσῃ τοῦτο, τιμωρείσθω.⁸
- λη'. Οἱ τὸν οὐρανὸν σεβόμενοι, εἰ μὴ χριστιανοὶ
γένωνται, ὡς αἵρετικοὶ τιμωρείσθωσαν καὶ τὰς
τούτων ἢ ἐκκλησίαι συναγωγὰς ἐκδικεῖτω.⁹
- λθ'. Ἐν τῷ σαββάτῳ τῶν ἰουδαίων ἢ ἐν ταῖς
ἄλλαις αὐτῶν ἑορταῖς μὴ ποιεῖτωσάν τι μῆτε
μεθουενέσθωσαν ὑπὸ τινος, εἰ καὶ εἴη δημόσιον
τὸ χρέος· ἀλλὰ μηδὲ ἐκ τῆς παρ' αὐτῶν αἰτιά-
σεως ὀρθόδοξος μεθουενέσθω χριστιανός.¹⁰
- μ'. Μηδεὶς βιαζέσθω τοὺς μηδὲν ἁμαρτάνοντας
ἰουδαίους ἢ τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἢ τὰς οἰκίας
- Ex haereticis Manichaei vel Borboritae vel
Pagani vel Samaritae vel Montanistae vel Tascod-
rugitae vel Ophitae et qui iudaicam religionem
colunt in nulla re testimonium praebeant. Reliqui
omnes in iudicio in quo adversarius orthodoxus
est non recipiantur, in reliquis autem omnibus con-
tractibus et testamentis et iudiciis, in quibus haere-
tici sint adversarii, indistincte testes sint, ob am-
plitudinem probationum. (Thal. index Cod. I, 5, 21.)
- Constitutio, quae vetat haereticos ex ultima
aliquid accipere voluntate, locum etiam habeat in
militate, qui aliquid relinquit, licet iure communi
testatus sit. (Thal. index Cod. I, 5, 22.)
- Dominus servum haereticum ne prohibeat ad
catholicam fidem accedere, neve rebaptizet quis in
proprium dogma sive liberum sive servum.
(Thal. index Cod. I, 6, 3.)
- Nemo iudaeorum synagogis metata imponat.
(Thal. index Cod. I, 9, 4.)
- Iudaeorum Christiani coniugio ne copulentur:
alioquin adulterii crimen publicum exspectent.
(Thal. index Cod. I, 9, 6.)
- Iure communi iudaei matrimonia ineant.
(Thal. index Cod. I, 9, 7.)
- Iure communi iudaei vivant et agant et con-
veniantur. Quodsi ex consensu de pecuniaria causa
coram iudaeis litigent, sententia quasi a legitimo
iudice prolata valeat eamque magistratus exse-
quantur. (Thal. index Cod. I, 9, 8.)
- Iudaei eorumque exarchi pretia venalium sibi
statuant, et si quis alius hoc facere conatus sit,
puniat. (Thal. index Cod. I, 9, 9.)
- Qui coelum colunt, nisi Christiani fiant, tam-
quam haeretici puniantur eorumque synagogas
ecclesia vindicet. (Thal. index Cod. I, 9, 12.)
- Sabbato iudaeorum vel aliis eorum festis nihil
faciant nec ab aliquo conveniantur, nec si fiscale
debitum sit. Sed nec Christianus orthodoxus ex
interpellatione eorum conveniatur.
(Thal. index Cod. I, 9, 13.)
- Nemo obterat iudaeos nihil peccantes syna-
gogasve eorum vel habitacula comburat. Si vero

¹ Bas. XXV, 1, 4, 5. Pitra p. 603. Bals. ad Nom. IX, 2. XII, 2. ² Pitra p. 603. Bals. ad Nom. X, 8 ait hanc constitutionem εἰς τὰ βασιλικά non fuisse insertam; in quo eum errare monet Zach. ³ Pitra l. l. ⁴ Pitra l. l. Bals. ad Nom. XII, 2. ⁵ Att. III, 3. Pitra p. 603. Bals. ad Nom. XII, 2. ⁶ Syn. I, 4, 2. Pitra l. l. Bals. l. l. ⁷ Syn. I, 4, 3. Pitra l. l. Bals. l. l. ⁸ Syn. I, 4, 4. Pitra l. l. Bals. l. l. ⁹ Pitra l. l. Bals. l. l. ¹⁰ Syn. I, 4, 5. Pitra l. l. Bals. l. l.

- καίτω· ἐὰν δέ τι ἀμάρτωσι, παρὰ τῷ ἄρχοντι κατηγορείσθωσαν· ἀλλὰ μὴ ἐξέστω κατὰ τῆς τῶν χριστιανῶν θρησκείας ἰουδαίῳ θρασύνεσθαι.¹
- μα'. Μεταξὺ χριστιανοῦ καὶ ἰουδαίου δίκη μὴ παρὰ τοῖς ἰουδαίοις ἀλλὰ παρὰ τοῖς προσφόροις τεμνέσθω δικασταῖς.²
- μβ'. Ἰουδαῖοι χριστιανὸν περιτέμνοντες ἢ περιτμηθῆναι ἐντειλάμενοι δημευθέντες ἐξοριζέσθωσαν.³
- μγ'. Μηδεὶς ἰουδαίων ἐδικὸς ἢ πατὴρ πόλεως γινέσθω, μήτε μὴν καινουργία κτιζέτω συναγωγὴν, τῷ τὰς παλαιὰς ἀνορθοῦσθαι πῶσιν ἀπειλούσας ἀρκούμενος· ἀλλὰ μηδὲ ἀξία κοσμεῖσθω τινί· ὁ δὲ κτίσας πρὸς τῷ παρὰ τῆς ἐκκλησίας τὴν συναγωγὴν ἐδικικέσθαι καὶ ν' χρυσίου καταθήσει λίτρας.⁴
- μδ'. Ἰουδαῖος τὸ θέλειν εἶναι χριστιανὸς προσποιούμενος ὡς ἂν τὴν κατ' αὐτοῦ κατηγορίαν ἢ τὴν ἀπὸ χρέους ἀγωγὴν ἐκφύγοι, εἰ τῇ ἐκκλησίᾳ προσφύγοι μὴ πληρώσας τὰ χρέα ἢ ἐλευθερωθεὶς τοῦ ἐγκλήματος, μὴ δεχέσθω.⁵
- με'. Αἰρετικὸς μὴ βαπτίζετω μηδὲ πολιτενέσθω μηδὲ μετελθέτω οἰουδήποτε πολιτικὸν ὄφφικιον.⁶
- μς'. Ὁ ἀναβαπτισθεὶς στρατείας μόνης κωλύεται.⁷
- μζ'. Ἰουδαῖος χριστιανὸν ἀνδράποδον μὴ ἐχέτω μήτε κατηχούμενον περιτεμνέτω, μήτε ἄλλος αἰρετικὸς χριστιανὸν ἀνδράποδον ἐχέτω.⁸
- μη'. Μὴ ἐχέτω οἰαδήποτε αἵρεσις οἶκον ἢ τόπον προσευχῆς.⁹
- μθ'. Ἐὰν αἰρετικὸς λάβῃ ἀκίνητον προῶγμα εὐαγοῦς οἴκου, ἀναδίδωσιν αὐτὸ, ἀπόλλων ὁ δέδωκεν ὑπὲρ αὐτοῦ· εἰ δὲ ἐξέποιήσεν αὐτὸ, ἐδικικεῖται ἀπὸ τοῦ λαβόντος· καὶ ὁ δεδωκὼς αὐτὸ διοικητὴς ἐκβάλλεται τοῦ εὐαγοῦς οἴκου καὶ ἐμβάλλεται εἰς μοναστήριον κωλυόμενος ἐπὶ ἐνιαυτὸν κοινωνεῖν.
- Μὴ διδόντω ὀρθόδοξος αἰρετικῷ ἀκίνητόν τι ἔχον ἐκκλησίαν ὀρθόδοξον, ἐπεὶ ἐκπίπτει τῆς δεσποτείας αὐτοῦ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ προσκυροῦται.
- Οἱ ἰουδαῖοι μὴ κτιζέτωσαν νέαν συναγωγὴν, ἐπεὶ τῇ ἐκκλησίᾳ προσκυροῦται.
- Ὁ ἐν εἰδήσει διδοὺς αἰρετικῷ ἀκίνητον κτήσιν εὐαγοῦς τόπου προσκυροῦται τῷ τόπῳ καὶ τοῦς τοῦ καιροῦ τῆς ἐκδόσεως καρπούς· εἰ γὰρ ἀγνοῶν
- quid peccaverint, apud magistratum accusentur. Sed iudaeo adversus Christianorum religionem insolere non liceat. (Thal. index Cod. I, 9, 14.)
- Inter christianum et iudaeum contentio non a iudaeis sed ab ordinariis iudicibus dirimatur. (Thal. index Cod. I, 9, 15.)
- Iudaei, qui Christianum circumciderint vel circumcidendum mandaverint, bonorum proscriptione et exsilio damnentur. (Thal. index Cod. I, 9, 16.)
- Nemo iudaeus defensor vel pater civitatis fiat, neque de novo synagogam exstruat, contentus eo, si veteres ruinam minantes refecerit. Nec dignitate aliqua ornatur. Qui aedificaverit, praeterquam quod synagoga ab ecclesia, vindicatur etiam L libris auri mulctabitur. (Thal. index Cod. I, 9, 18.)
- Iudaeus, qui Christianum se velle fieri simulat ut accusationem vel actionem ex debito effugiat, si ad ecclesiam profugerit debito non soluto vel ab accusatione liberatus, non recipiatur. (Thal. index Cod. I, 12, 1.)
- Haereticus ne baptizet et nihil publicum gerat, neque quodeunque publicum officium suscipiat. (Theod. Nov. 37. § 2.)
- Rebaptizatus militia sola arceatur. (Theod. Nov. 37. § 3.)
- Iudaeus Christianum mancipium ne habeat nec catechumenum circumcidat, neque alios haereticus Christianum mancipium habeat. (Theod. Nov. 37. § 4.)
- Nulla omnino haeresis domum aut locum orationis habeat. (Theod. Nov. 37. § 5.)
- Si haereticus rem immobilem religiosae domus acceperit, reddit eam et amittit quod pro ea dedit: si vero eam alienaverit, ab accipiente vindicatur; et administrator qui eam dedit e venerabili domo eicitur et in monasterium conicitur, in annum a communione prohibendus.
- Orthodoxus ne tradat haeretico rem immobilem in qua sita sit orthodoxa ecclesia: alioquin dominium amittit idque ecclesiae adiudicatur.
- Iudaei novam synagogam ne exstruant: alioquin ecclesiae adiudicatur.
- Cum quis sciens dederit haeretico rem immobilem religiosi loci, adiudicatur loco etiam fructus temporis elocationis. Quodsi ignorans id fecerit, nullum

¹ Syn. l. l. Pitra l. l. Bals. l. l. ² Syn. I, 4, 6. Pitra l. l. Bals. l. l. ³ Syn. l. l. Pitra l. l. Bals. l. l. Basil. LX, 54, 29. ⁴ Syn. I, 4, 7. Pitra p. 556. 603. Bals. ad Nom. IX, 25 et XII, 2. ⁵ Syn. l. l. Pitra p. 603. Bals. ad Nom. IV, 7. Blast. B, 4. ⁶ Index Reginae ad Nov. 37. Pitra p. 567. 603. Bals. ad Nom. IV, 13. ⁷ Bals. l. l. Pitra p. 513. 555. 557. 603. 638. ⁸ Syn. l. l. Pitra p. 603. Bals. ad Nom. l. l. Prochiron auctum XXXIV, 8. Blast. B, 4. ⁹ Pitra p. 603.

<p>τοῦτο ποιήσῃ, οὐδὲν ζημοῦται, πλὴν ὁ λαβὼν αἱρετικὸς τὴν κτῆσιν ἐκβάλλεται αὐτῆς, κὰν ᾗδει κὰν ἠγνόει.¹</p>	<p>damnum sustinet, sed haereticus qui possessionem accepit ea eicitur, sive sciverit sive ignoraverit. (Theod. Nov. 131 c. 21. 22. 24. 25.)</p>
<p>ν'. Οὐδεὶς αἱρετικὸς ὀφείλει διδάσκει τὰ ἴδια δόγματα οὐδὲ παραβάπτισμα ποιῆσαι οὐδὲ κοινωρίαν ἐπιτελεῖν.²</p>	<p>Nullus haereticus dogmata sua docere debet nec pravum baptismum facere nec communionem celebrare. (Theod. Nov. 42 c. 2.)</p>
<p>να'. Ἰσασι τοίνυν ἅπαντες — — — προνομίων.³</p>	<p>(Nov. 109 iuitio et fine truncata.)</p>
<p>νβ'. Θεσπίζομεν μὴ κληρονομεῖν — — — ἀπολαύειν ἐλευθερίας.⁴</p>	<p>(Nov. 144 c. 1. 2.)</p>
<p>νγ'. Θεσπίζομεν ἄδειαν εἶναι — — — προσηγορίαν νομίζοντα.⁵</p>	<p>(Nov. 146 c. 1. 2. 3.)</p>
<p>νδ'. Ἰδικτον περὶ πίστεως κωνσταντινουπολίταις. Πρῶτον εἶναι — — — κελεύομεν.⁶</p>	<p>(Nov. 132.)</p>

¹ Pitra p. 584. *Attal.* 3, 4. *Index Reginae* ad Nov. 131, unde patet Theodori brevium hic adhibitum fuisse. ² Pitra p. 603. *Index Reginae* ad Nov. 42. ³ Pitra p. 600. *Bals. ad Nom.* XII, 2. *Blast. A*, 2. *Index Reginae* ad Nov. 109 monet omnem novellam h. l. fuisse insertam (prooemio et fine omissis). ⁴ *Index Reginae* ad Nov. 144. Pitra p. 509. *Bals. ad Nom.* IV, 7. X, 8. *Proch. auctum* XXXIV, 9. ⁵ *Syn.* I, 4, 7. Pitra p. 605. *Bals. ad Nom.* XII, 3. *Index Reginae* ad Nov. 146 (ἡ ὄλη νεαρά). ⁶ *Bals. ad Nom.* III, 15. *Index Reginae* ad Nov. 132 (ἡ ὄλη νεαρά).

LIBER LIII BASILICORUM.

Ex latina versione (Francisci Venturi), quae in Cod. miscell. n. 211 Bibliothecae Riccardianae continetur.
Edidit C. E. Zachariae a Lingenthal in Actis Regiae Academiae Scientiarum Berolinensis: rursus edidit addita-
mentisque ditavit E. C. Ferrini.

LIBER QUARTUS, TITULUS PRIMUS.¹

De exercitoribus magistris nautis et cauponibus et actione
quae ipsis vel adversus ipsos competit.

1. Nautica id est maritima decernuntur Rhodia lege in iis quibus alia lex non adversatur.²
2. Exercitor est is ad quem pertinet reditus et obventiones navis, sive dominus est sive a domino navem in universum conduxit ad tempus vel in perpetuum: nulla adhibita distinctione masculusne sit an femina, liber an servus. Pupillus autem tutoris utitur auctoritate.³
3. Magister est quem magister praeposuit ignorante exercitore. nam si opus⁴ sit, ipse illum praeposuisse videtur: nam quodcumque factum ipsius praestat exercitor: et propter utilitatem facilius hoc accipimus in magistro quam in exercitore.⁵ Tenetur autem quamvis iussus sit ut alium magistrum amoveat.⁶
4. Magister est cui totius navis cura mandata est.⁷
5. Nautam autem hic accipere debemus eum qui navem exercet (quamvis nautae appellantur omnes qui navis navigandae causa in nave sint): per se enim tantum et per magistrum navis obligatur.⁸
6. Si exercitores vel caupones aliquid in custodiam acceperint, conveniuntur nisi restituant; in ipsis etenim est ne quem recipiant.⁹
7. Tenetur etiam pro iis qui custodiae gratia navi praeponuntur ut sunt Nauphilaces¹⁰ et diaetarii si quid receperint, quamvis ipse fecerit chrembolum.¹¹ sed si hoc non extet, tenetur exercitor de receptis.¹²
8. De ratibus et navigiis idem dicentur.¹³

¹ Legebatur lib. LIII. Amanuensis perperam solvit L. IIII, atque in numero legendo deceptus est.

² D. XIV, 2, 9. Cf. Attal. XXXII, 1. ³ D. XIV, 1, 1. § 15. 16. Cf. Scholium Synopsis (p. 520). ⁴ passus?

⁵ institore? ⁶ D. XIV, 1, 1. § 5. ⁷ D. eod. § 1. Cfr. Synops. l. l. ⁸ D. IV, 9, 1. § 2. ⁹ D. eod. pr. § 1. Cfr. Syn. N, 1, 2. ¹⁰ sic. ¹¹ sic. ¹² D. eod. § 3. Cfr. Syn. N, 1, 3. ¹³ D. eod. § 4.

Qui navigium vel officinam exercent et qui 9.
praesunt, non autem qui dimidiam operam praestat, tenentur: non solum de mercibus sed de vestimentis et quicquid in navi utimur universisque quae ad usum quotidianum pertinent: et quamvis res alienae sint, nostra tamen interest, nobis enim non dominis debentur, ut si merces pignoras ob pecuniam nauticam in navem intulero.¹

Tenetur autem de omnibus inlatis in navem 10.
quamvis ipsi adsignata non sint, nec solum nautarum factum praestare debet sed et vectorum, sicut et caupo peregrinorum.²

Convenitur etiam et de iis quos in mari accepit.³ 11.
Subiacet autem actioni in simplum atque etiam 12.
noxali in duplum eius quod ablatum est.⁴

Sed et exercitori furti actio competit in duplum 13.
cuius res sit periculo, nisi id in incerto sit aut nisi ipse surripiat et postea ab eo surripiatur.⁵

Si exercitor exercitoris caupo cauponis receperit, 14.
tenetur⁶; et vestimentorum et penoris quotidiani causa tenetur, quamvis de iis vectura nulla soluta sit.⁷ Nam et sutor et fullo qui pro arte mercedem accipiunt tenentur actione ex locato quae est de custodia⁸

Quae dicta sunt de furto et de damno intelli- 15.
genda sunt.⁹

Omnium nautarum factum praestat exercitor, 16.
sive liberi sint sive servi, siquidem in navi damnum datum est. nam si extra navem, non tenetur.¹⁰

Si praedixerit vectoribus ut unusquisque res 17.
suas servet neque damnum se praestaturum, et consenserint vectores, non convenitur.¹¹

Si plures sint exercitores, unusquisque pro por- 18.
tione sua tenetur.¹²

¹ D. eod. § 5—7. ² D. eod. § 8 u. dig. 2.
³ D. eod. 3 pr. ⁴ D. eod. § 1 sqq. ⁵ D. eod. 4 pr.
⁶ D. eod. § 1. ⁷ D. eod. § 2. ⁸ D. eod. 5 pr.
⁹ D. eod. § 1. ¹⁰ D. eod. 7 pr. ¹¹ D. eod.
¹² D. eod. § 5.